

quae Spiritus sanctus est, praeter illas duas necessario esse concedendam, eandem divinitatis maiestatem habentem, egregie probat David, de Verbo aeterno ita loquens (Psal. 18): *A summo caelo egressio eius, et occursum eius usque ad summum eius, neque est qui se abscondat a calore eius.* Egressio enim Filii a supremo fuit caelo, quod Pater est, neque est, qui non particeps sit caloribus illius, qui est Spiritus sanctus, nisi peccantis culpa consortium gratiae prohibeat. Christus autem prae ceteris omnibus excellenter se ipso representat Trinitatis mysterium, tam naturae qualitate, qua constat, quam nomine, quo vocatur. Nam si eius consideremus substantiam, tria in eo distincta reperimus, animam, corpus, et divinitatem, quae tria sub una, eademque persona, et uno, & solique divino supposito consistunt. Si vero Christi nomen interpretari velimus, Christus graece idem est, quod unctus apud Latinos. At ubi reperitur unctus, esse pariter, qui eum unxit, et unctioem, qua fuit unctus, necessarium est quare unctus Filius, ungens Pater, et ipsa unctio Spiritus sanctus est: quae omnia David breviter complexus dixit (Psal. 44): *Unxit te Deus, Deus tuus oleo prae conscribitus tuis.* Praeterea, dum Christus in Iordane baptizatur, omnes divinas personas a divinis declarat: Pater dicentem (Matt. 17): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Filium carne indutum, nam *Verbum caro factum est*; et Spiritum sanctum columbae specie super Christi caput descendentem. Nec minus nobis ostendit Trinitatis sacramentum visio Ioannis, qui se in caelo thronum maiestatis plenum vidisse commemorat (Apoc. 4): *Ece sedes, inquit, posita erat in caelo, et qui sedebat, similis erat aspectus iaspidis, et sardinis, etc.* Ad cuius rei intelligentiam notandum est, quod Plinius scribit, et doct experientia, huiusmodi lapides, quos Ioannes vidit, tribus constare coloribus invicem commistis: unde ad indicandum et mysterium Trinitatis, in qua tres sunt personae, et quae libet ita cum aliis convenit, ut Christus dixerit (Jo. 14): *Ego in Patre, et Pater in me est: ibidem: Qui videt me, videt et Patrem meum, lapides iaspidis, et sardinis ostensi fuerunt, quoniam, etsi uterque lapis natura sit unctus, est tamen trinus coloribus, qui utriusque lapidis naturae sic inhaerent, ut ab eis separari nequeant.* Patet eadem Trinitatis veritas apud Ezechielem dicentem (e. 18): *Tu signaculum similitudinis meae, quae verba angelorum praestantissimi Deus est locutus, et iuxta Hebraicum exemplar sensum rei de qua agimus, magis opportunum efficiunt: Tu signaculum numeri perfecti, qua numeri perfectione Trinitas divinarum personarum declarat.* Praeclarum etiam Pauli est testimonium (1. ad Corinthios c. 3) scribentis: *Gratia Domini nostri Iesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis, amen.* Cuius testimonii quamvis salis sit aperta sententia, quaerere tamen aliquis posset, quam ob rem originis ordinem, qui est inter divinas personas, et quem Christus servaverit formam baptismi instituens, ubi prius nominavit Patrem, mox Fi-

lium, et postea Spiritum sanctum, non ipse quoque Paulus divinas numerans personas retinuerit. Prius enim nominavit Filium, ac deinde Patrem, ut superius descripsimus. Huic dubitationi satisfieri potest, si dicamus Apostolum primo loco Christum nominasse, quod ab eo divinarum personarum simul adepti notitiam, necnon, ut omnia nostra bona eidem Christo omnium honorum Domino. Sed ut ad praecipuum nostri propositi scopum respiciamus, huius divini mysterii veritatem extimis, ac singularibus, tam infimi, quam supremi in natura ordinis exemplis, et testimoniis constabimus. Qui de rebus naturalibus scriperunt, ut (in Diosc. c. 17) refert Lacuna, et herbam esse dicunt, cui nomen est Trinitas, quoniam singuli ramusculi tria tantum folia producant: cuius herbae figura non obscurem supremam Trinitatis vestigium esse potest. Nam quemadmodum folia illa, etsi tria sint, uno tamen, et eodem vitae vigore vivunt, sic divinae personae tres existentes una eademque vita, quae divina natura est, vivunt, et sunt. Idem etiam praesignificabat in Genesi iussisse Deum, ut trium annorum essent animalia, quae sibi sacrificarentur: *Capram, inquit (Gen. 15), trimam, et arietem annorum trium: quod et Salomonis templo mysteriorum plenissimo significatum fuit: ibi enim legitur (3. Reg. 7): Atrium maius rotundum trium ordinum: atrium enim, quod Salomon fieri iusserat, amplissimum, divinitatis unius immensitatem, ordines vero tres pretiosis lapidibus distincti, divinas personas denotabant.* Huic pariter spectat, quod scripsit Lucas (e. 11) in parabola petentis a vicino panes tres: *Accomoda mihi, inquit, tres panes, nam per eos intelligimus personas divinas, ut Glossa interpretatur, dicens: Accommoda mihi intellectum Trinitatis.* Nec defuerant in huius veritatis confirmatione miracula. Scribit enim Eusebius Caesariensis, quod et doctor Ecclesiae Bonaventura retulit: *Nascente Christo, tres in caelo soles apparuisse, qui paulatim in unum redacti fuerunt.* Tres apparuerunt, ut tres in Deo personas ostenderent, in unum tamen coniuncti divinae naturae declararent unitatem. Simillimum huic ostento est, quod narrat Virgilius (lib. 12. c. 39), videlicet haeresi Arriente crumpente, qua Trinitas negabatur, dum sacra faciebat episcopus Vascolensis, ut Sigibertus auctor gravissimus scribit, tres super altare aquae guttas crystallo clariores decidisse, et in unum mox coeantes, triangularem ex omnibus illis guttis formatam fuisse margaritam, quam idem Augustus cum venerationis causa affixisset cruci, et smaragdis, et niobionibus undique cohesisset, statim illi collapsi fuerant, mysterium tantum, quod illo mystico margarito notabatur adorantes, et coram illo procedentes. Boetius Eugubinus, Platina, et Palladius, et chronicon Patris nostri Francisci aliud retulere miraculum, quod superiorem enim in corde excellentius videri potest: *aperte enim in corde sanctae Clarae de monte Falco, postquam vitae munere functa fuerat, quoniam huic mysterio fuerat addictissima, tres carnis pillulas fuisse inventas tantae admirationis, ut omnes*

simul non minus, quam una, et illarum quae libet non levius pondus, quam omnes haberet. Quo miraculo, quid potuit accommodaretur, vel expressus inveniri ad tanti arcani veritatem ostendendam? ubi quod eadem sit in omnibus personis, et in earum singulis divina natura, par est omnium, et singularium perfectio, nec quae tribus communis est maiestas; superat unius excellentiam, ut vere docuit Athanasius (in Synb.): *In hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt, et coaequales.* Verum quoniam hactenus beatissimae Trinitatis contemplationi dediti sublimia tractavimus, non indignum erit, si ad inferiorum descendentes, profanum, et diabolicum terrorum coelesti prostris infestum breviter declaremus. De hoc Ioannes (in sua canonica) mentionem faciens inquit: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae.* Possumus etiam dicere, quod non minus verum est, terrarum oppositum caelo esse, de quo dixit Ecclesiasticus (e. 16): *Tres species occidit anima mea, etc.* ac si diceret, tribus peccati generibus, ad quae cetera revocantur, maxime offendor, malitiae peccato, quale fuit serpentis, ignorantiae vinebilis, quale fuit Evae, ut Paulus (ad Titum) significavit: *Mulier schueta in praevocatione, unde cum Deus admissi poenam exigeret, illa se excusans respondit: Serpens cepit me, cui malitiae, et ignorantiae peccato accedit imbecillitatis humanae delictum, quo Adam universum genus infecit, et innumeris damoatum miseris propagavit.* Sed ut finem dicendi faciam, s. Bernardi (in ser. de Trinit.) accommodatissima huic rei verba recitabo: *Trinitas, inquit, a qua homo cecidit, Pater, Filius, et Spiritus sanctus: est trinitas, qua cecidit, intellectus, memoria, et voluntas: et est trinitas, in quam ista cecidit impotentia, ignorantia, et concupiscentia: et est trinitas, per quam trinitas cadens resurgit ad Trinitatem, de qua cecidit: scilicet fides, spes, et charitas, quam ultimam copiose nobis infundat unigenitus Dei Filius, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA V.

Per verba Genesis: Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram, erudite, et multipliciter enodata divinarum personarum unitas, et Trinitas indicatur, (Gen. 1).

Inter varia, et illustria testimonia, quae in multis sacrarum litterarum locis ad Trinitatis mysterium probandum leguntur, illud praesertim effulget, quod Moyses libro Geneseos, verba Dei hominem creare volentis referens ita memoravit (Gen. 1): *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram.* Quae verba, ut advertunt Chrysostomus, Basilus, Theodosius, et Augustinus, et Nicolaus a Lyra, et Abuleusius referunt, unam sectantur opinionem,

refus, et Boetius non angelos, etsi contra delibetent haeretici, qui nullam in animae creatione partem haberent, sed ad alias duas personas divinas fuit Deus locutus, eiusdem naturae consubstantiales, quae cum sit una in tribus personis, communis quoque inter ipsas, et sola est causa creationis. Utinam vero Moyses verba declarant: nam dicuntur pluraliter, *faciamus hominem*, non unam, sed plures in Deo esse personas ostendit; et cum ait singulariter, *ad imaginem, et similitudinem*, non multiplicem, sed unam divinam personam inesse naturam declaravit. Hoc Moyses testimonium magnae debet esse auctoritatis ad Trinitatis mysterium probandum: nam praeterquam insignis Ecclesiae doctor Augustinus (lib. 12. de Trinit.) illo utitur agens de Trinitate, Patres, qui Constantini imperatoris hortata Concilio interfuerunt Syniensi, Arrianam haeresim extirpaturi, anathematis damnavit omnes, qui praedicta verba Deum Patrem ad reliquias divinas personas non dixisse contenderent. *Si quis dixerit, ait sancta Synodus, quod scriptum est, faciamus hominem, non Patrem ad Filium dicere, sed ipsum ad semetipsum dixisse Deum, Anathema sit.* His quoque verbis Geneseos usus est PP. Marcellinus (in epist. decret.), ut personas divinas operari conformi, et eadem operatione monstraret, quoties creaturam aliquam producebant.

Ad maiorem tamen huius loci notitiam, et perfectionem explanationem, primum consilio, per haec Dei verba constare animae hominis excellentiam, quam ille ad imaginem suam, et similitudinem non aliqua interveniente creatura, sed per se ipsum creavit. Nam quemadmodum pictor egregius aliquo insigne formaturus simulacrum, quamvis aliis artificibus eius famulis ea, quae non tantum artis desiderant praestantiam, facienda permittat, supremam tamen imaginis partem, caput nempe, atque faciem, ipse solus figurat, et perficit; sic hominis conditor in eximia nostrae animae imagine formanda, licet in materiae dispositione ad eius introductionem praevia, et in compactione corporis causas admittat secundas suae voluntatis administras; tamen ad creandum formam, quae hominis mens est, illas excludit, ipseque solus faciem imaginis ornat, ac perficit, animam scilicet rationis completem creans. Nam etsi, ut aliqui autumant Theologi, animae creationem potuerit Deus alicui creaturae tanquam operis instrumento committere, voluit tamen ad maiorem hominis dignitatem propria id manu peragere, ac provido sapientiae suae penicillo talem virtutem, ac lucem ei tantam impartiri, ut inter omnia eius opera sola hominis mens imaginem sui artificis, et creatoris haberet impressam. Quae ergo, immo et reperienda nobis haec imago est, quoniam, ut ait Augustinus (lib. 4. de Trin.), *licet humana mens non sit eius naturae, cuius Deus est, imago tamen illius in ea quaerenda, et invenienda est.* Non tamen in eius assignanda similitudine cum Deo omnes sacrarum litterarum interpretes conveniunt, nec Hebraeorum magistri, ut Nicolaus a Lyra, et Abuleusius referunt, unam sectantur opinionem,

Quidam enim in eo sitam esse hanc similitudinem arbitrantur, quod sicut Deus omnia cernit, nec tamen ipse cernitur, sic anima hominis a nemine visa, nihil non videt, quod sensibus obicitur: et veluti Deus in toto, et in qualibet parte est totus, sic anima, ut dixit Philosophus, *tota in toto, et tota in qualibet illius parte consistit*: et sicut Deus purus spiritus, et substantia incorruptibilis, atque immortalis est, ita quoque anima corruptionis, ac mortis capax non est. Rabbinorum alii diversam viam ingressi, hominem Deo similem esse censuerunt, quoniam sicut Deus propter summam eius eminentiam in se omnia continet, ita homo creaturarum omnes gradus complectitur, iuxta illud Gregorii, *omnis creaturae aliquid habet homo*, quoniam commune habet esse cum inanimatis, vitam vegetantem cum plantis, sensum cum animalibus, intellectum cum angelis, qui usque ad videndum Deum divinitus evehitur. Eapropter, ut mea fert opinio, fuit homo vocatus a Dionysio *confinitum*, et *horizon universi*, quoniam omnium, quae in mundo sunt, aliquo modo particeps existit, ac propterea *microcosmos* a Graecis, id est, parvus mundus nominatus fuit. Nam quemadmodum Geographi universas orbis terrarum provincias, aliae regiones hominibus nolas tabella exaratas aspectu subiiciunt, ut quod patet immensis terrarum, ac marium tractibus, unus ac brevis parvae tabellae intuitus percipiat; ita Deus universorum, quae creaverat, mirabile volens facere compendium, hominem condidit, in quo omnes creaturarum gradus, ut Philosophi loquuntur, congestos, et comprehensos cernimus collucere. Sed misas faciens Hebraeorum opiniones, qui plura falsa, quam vera effutire solent, ad aperientis Doctorum Ecclesiae sententias deducatur oratio. Ioannes Damascenus (*lib. 2. c. 12. de fide orthodoxa*) scribit, hominem Deo assimilari in arbitrii libertate: quippe sicut Deus liberum habet arbitrium, ac suarum actionum est dominus, et moderator, ita homo, tam libera suarum actionum voluntate fertur, ut nihil in rerum natura sit, quod illam cogere, aut inflectere valeat. Cyrilli vero sententia est, quod quemadmodum Deus universae beatitudinis capax, et amans, et amans, beatus est; sic homo visionis divinae, et amoris erga Deum capax, et auctori suo postquam ultimam finem consecutus fuerit, in clara divinae essentiae visione assimilabitur, testante Ioanne (*cano. 1. cap. 3*): *Similes ei erimus, quia videbitur eum sicuti est*. Hinc alia nascitur similitudo: nam sicut Dei mens non alia re quam se ipsa contenta est, sic hominis anima tam amplius, et capaces habet sinus, ut nullis creatis rebus praerogantur solo Deo compleatur. Augustinus autem, sicut nostrum esse, vivere, et operari a Deo est, docente Paulo (*Act. 17*), in ipso vivimus, movemur, et sumus, ita corporis omnia membra ab anima habere censet ut sint, vivant, et moveantur, idque tam dependenter ac necessario, ut in ea nos vivere, moveri, et esse non falso affirmari possit. Ergo ut Deus tanquam rerum omnium universale principium cum omnibus inferioribus causis,

in illarum producendis effectibus, et operationibus exercendis concurrat; sic anima in corpore cui praesert, plenam habet imperandi facultatem, ut intra suae diuisionis limites, nulla potentiarum queat absque illa renuente quidquam efficere: nam licet simplex, et indivisa substantia sit, tam mirabili virtute variis distributa facultatibus pollet, ut ab ea omnis nostra actio dependeat. Propterea visu discernit, auditu percipit, tactu palpat, et naribus odores, ac lingua sapes distinguunt, cibum in stomacho innati caloris vi concoquit, coctum digerit, digestum vertit in sanguinem, venis corporis dividit, spiritus in corde generans vitales, in cerebro animales, partem arteriarum, in cerebro animales, partem arteriarum, partem membrum debila portione distribuens. Haec, si quid virtute phantasiae concipit, imaginem format, intellectus virtute dispartit, colligit, definit, memoriae vi recordatur, voluntate amat, aut odit, ac tandem in parvo mundo, qui est homo, ita princeps causa est, et tam libera dominatrix omnium, quae medio corpore sunt, ut spiritum trahere absque eius auxilio minime homo queat.

Theodoretus, et Chrysostomus non minus ingeniose, quam sapienter aliter hunc locum exposuerunt dicentes, hominem Dei esse imaginem propter dominium, et imperium, quo sicut Deus universitati, ita ille ceteris animalibus praesideret. Nam ad huius rei significationem, postquam dictum fuerat a Deo, *faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram*, statim adiunctum fuit, *ut praesit bestiis terrae, piscibus maris, et volatilibus caeli*, quibus verbis clare videtur ostendi, quae in re similitudo hominis cum Deo sita sit. Ex hac Theodoretus, et Chrysostomi explanatione ansam nonnulli arripuerunt asserendi, mulierem ad imaginem Dei non fuisse creatam, quoniam mulieri non imperium, sed obedientia, non dominatio, sed submissio conveniat, ipso dicente Deo (*Gen. 3*): *Sub viri potestate eris*; contra vero ad virum maxime spectet dominandi ius, et auctoritas, secundum Pauli sententiam (*Eph. 5*): *Vir caput est mulieris*: tunc expositio non parum videntur eiusdem Apostoli alibi scripta verba stabilire: *Vir*, inquit (*1. Cor. 11*), *non debet velare caput suum, quoniam imago Dei est, et de muliere paulo post: Debet mulier habere velamen supra caput suum: quibus locis videtur Apostolus fateri non sicut virum mulierem ad imaginem Dei formatam fuisse. Unde et Augustinus (33. q. c. imago) dixit, mulier ad imaginem Dei non est facta. Alexander Alensis parva secunda contrariam sequens doctrinam, mulierem ad imaginem, et similitudinem Dei creatam affirmat, non alio quam eiusdem loci Genesis argumentum ductus, quoniam Moyses Dei verba referens, illico addiderit, *masculum, et foemina fecit eos*: quae sententia magis firmatur, si doctorem Ecclesiae s. Bonaventuram consulamus, qui similitudinem hominis cum Deo qualiscumque illa sit, in anima esse, quae illius similitudinis est fundamentum, positam censuit; unde si viri anima ab ea, quae in muliere est non differt essentialiter, dubitari non potest ad imaginem, et similitudinem Dei creatam fuis-*

Os homini sublime dedit, caelumque videre
Iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

se mulierem. Nec hoc Pauli, et Augustini verba negant, si bene intelligantur, sed tantum aiunt, illam imperii rationem, propter quam vir magis est Dei imago quam foemina, non convenire mulieri, quod Deus virum inisserit esse caput mulieris, illumque cunctis terrae animalibus, et caeli volatilibus praefecerit. Quare si res ita consideretur, mulier Dei imago non est; nam non ad imperium, sed ad obedientiam nata fuit. Si tamen s. Bonaventuram, et reliquos consulamus, intendunt solum Apostolum non iussisse, ut mulier tegat caput suum, quoniam quae teste Thoma (2. 2) versatur circa bonum arduum, et difficile, Pater ostenditur, cui potestas, et fortitudo attribuitur; per fidem, quae lux mentis est, Filius mundi vera lux: de se enim dixit (*Joan. c. 8*): *Ego sum lux mundi*: et per charitatem Spiritus sanctus intelligitur. Istaque sive animam consideremus naturaliter, quatenus creationis est terminus, sive illam iustitiae dono per Deum illustratam contemplerur, mirabilem in illa Dei imaginem, qui unis et trius est, invenimus. Merito ergo s. Bern. (*serm. de Trinitate*) monet nos, ut plurima diligentia, et studio perpendamus beneficia, quibus Deus nos cumulavit, suam animo nostro imprimens imaginem: *Consideremus*, inquit, *fratres in nos opera Trinitatis, quae profecto consideratio calde fructuosa est, quoniam ad Dei cognitionem producat, viam aperit, certat, et impediendum, ac frenum est, quo ab offensione creatoris coarctemur*: nam, ut apud Iob (*c. 5*) legitur: *Visitans speciem tuam non peccabis*: cuius loci duplex est interpretatio. Prima Hebraeo exemplari consonat, visitans habitaculum tuum non peccabis, ubi per habitaculum corpus, quo anima includitur, intelligimus, cuius si cogitemus miseria, humiliter de nobis sentiemus; non secus ac superbus pavo, qui postquam pulchras expandens alas intantum, cum ad pedum deformitatem deflectit oculos, confestim illas contrahit, ac moerore languescit. Secunda expositio est proposito nostro conveniens, quam doctissimus Lyra sequitur, qui nomine speciei intelligit pulchritudinem, ut illud apud Ecclesiasticum (*c. 9*): *Propter speciem mulieris multi perierunt*. Quare sensus erit, visita speciem tuam, id est, considera frequenter animae tuae dignitatem, pulchritudinem, et excellentiam, in qua Dei contemplata imaginem, non ita humiliter de te iudicabis, ut ad peccati sordes, atque miseriae illam indigne deicias. Haec hominis praesentiam non ignorabat Cicero, qui aliquod nuntius nostris inesse mentibus credens, ita scripsit (*lib. 2. de legib.*): *Qui seipsum novit, sentit se habere aliquid dicendum. Accommodatum rei, de qua agimus, mihi videtur exemplum, quod Plinius de rege Demetrio narravit, qui opulentiam urbem Rhodon obsidione dum premeret, monitus a militibus urbem capi non posse, nisi templum in quo Progenis incliti pictoris erat imago, incendio immisso corrueret, proinus obsidione amovit, mains arbitratus incommodum tam praeclearum excellentis viri slatum comburi, quam optato victoriae triumpho privari. Si ergo Demetrius inane unius hominis simulacrum tanti facienda iudicavit, quanti quaeso sempiternae di-*

Veritatem, et eo unde sum digressus revertar, quamvis hominis cum Deo similitudo in eo locata censatur, quod beatitudinis aeternae sit capax, ac libero utatur arbitrio, et tantarum operationum auctor, amplum dominium, et quasi Dei vices in rebus inferioribus exerceat; libentius tamen ipse sanctam Ambrosium secutus arbitrabor, hominem ad imaginem, et similitudinem Dei creatum, ut Trinitatis, quae in Deo est, imago esset anima hominis, quae una cum sit, trina est in potentia, intellectu, memoria, et voluntate. Intellectus enim deorat Patrem, quoniam quemadmodum intellectus noster verbi mentalis est principium; ita Pater divini Verbi est origo. Memoria Filium representat, quia ut illa est imaginum, quae mente concipiuntur receptaculum, ita Filius idearum divinarum thesaurus, et omnium quae creata sunt, imaginum corpus, quo anima includitur, intelligimus, cuius si cogitemus miseria, humiliter de nobis sentiemus; non secus ac superbus pavo, qui postquam pulchras expandens alas intantum, cum ad pedum deformitatem deflectit oculos, confestim illas contrahit, ac moerore languescit. Secunda expositio est proposito nostro conveniens, quam doctissimus Lyra sequitur, qui nomine speciei intelligit pulchritudinem, ut illud apud Ecclesiasticum (*c. 9*): *Propter speciem mulieris multi perierunt*. Quare sensus erit, visita speciem tuam, id est, considera frequenter animae tuae dignitatem, pulchritudinem, et excellentiam, in qua Dei contemplata imaginem, non ita humiliter de te iudicabis, ut ad peccati sordes, atque miseriae illam indigne deicias. Haec hominis praesentiam non ignorabat Cicero, qui aliquod nuntius nostris inesse mentibus credens, ita scripsit (*lib. 2. de legib.*): *Qui seipsum novit, sentit se habere aliquid dicendum. Accommodatum rei, de qua agimus, mihi videtur exemplum, quod Plinius de rege Demetrio narravit, qui opulentiam urbem Rhodon obsidione dum premeret, monitus a militibus urbem capi non posse, nisi templum in quo Progenis incliti pictoris erat imago, incendio immisso corrueret, proinus obsidione amovit, mains arbitratus incommodum tam praeclearum excellentis viri slatum comburi, quam optato victoriae triumpho privari. Si ergo Demetrius inane unius hominis simulacrum tanti facienda iudicavit, quanti quaeso sempiternae di-*

vinitatis imaginem, quam animo habemus inclusam, aestimare debemus? Equissimum igitur erit, et coelesti eius decore dignissimum, sceleris ab eo vel minimam labem, et omnem peccati pulverem, apposito reverentiae, ac pudoris velo prohibere, quod ut faciamus, si forsam illius excellentia, et pulchritudo non alliciat, deformitas saltem peccati a malo deterreat, quam si miseri mortales meditentur, non dubium est, quin ab omni turpitudine facile abhorrentes, peccata omnia, imaginem Dei ita deturpantia, diligentius, quam grave quodvis capitis, ac vitae periculum effugerent. Nam si, ut Aristoteles, et post eum Gregorius Nazianzenus narravit, pulchra quaedam puella, sive dea, fistulae cantu delectari solita, cum calamos inflans se in fonte prospiceret, sui vultus deformitatem a fistulae inflatione provenientem fuisset intuita, calamos confestim fregit, et fistulae usum perpetuo detestata fuit: quid facturos credemus homines, si ob unius peccati labem cererent? Dei simulacrum tam turpiter deformari, ut nihil eo foedius, nihil odiosius, nihil horribilius sit?

HOMILIA VI.

Tres viros, qui Abraham apparuerunt, trium in Deo fuisse personarum figuram docetur.

Inter paucos, ac memorabiles viros Deo quondam gratos, quibus ille sanctissimae Trinitatis mysterium revelare dignatus est, gratissimus fuisse cognoscitur magnus ille Patriarcha Abraham, cui, ut in Genesi scribitur, apparuerunt viri tres, quos Dei unius figuram esse cognoscens, non tantum plures, sed tantum unum, est allocutus in hunc modum (*Gen. c. 18*): *Domine si inveni gratiam in oculis tuis, ne transecas servum tuum.* Unde Glossa inquit, *Abraham tres vidit, et unum adoravit.* Nec enim obscurum est, quin si Abraham mysterium Trinitatis per tres illos viros significat non intellexisset, singulariter non fuisset dicitur: *Domine si inveni gratiam,* erant enim moribus, habitu et dignitate similes, et aequales; ideoque nulla erat occasio, cur maior unum, quam alteri reverentia, et honor deferretur. Planum esse, ac verum, quod diximus, Moysis verba testantur, rem gestam ita narrantis: *Apparuit ei Dominus, et mox adiecit, apparuerunt ei tres viri, non aliam quidem ob causam, nisi ut quem singulariter vocabatur Dominum, dicens: Domine si inveni etc. et iterum apparuit ei Dominus, tres esse personas, et quos tres sibi apparuisse dixerat, unum esse Dominum, ac Deum ostenderet.* Hanc Moysi factam de Trinitatis arcano revelationem, qua tantquam imagine, Trinitas in Deo, et unitas representatur, a multis repetitam, et decantatam non ignoro; pauci tamen haec tenas eius circumstantias discussurunt. Quare cum peritulis, et mysterio, de quo sermo est, valde accommodatae sint, eas nunc explicemus.

Apparuit, inquit, ei Dominus in convalle Mambre etc. Per convallem intelligimus locum humilem, et depressum, quo significatur, corde humilibus, et inflationis animi carentibus Deum apparere, ut eis occulta, et sublimia revelet, quod servator hominum Christus ostendit dicens (*Matth. 11*): *Gratias vobis ago Patre, quoniam abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis: et alibi scriptum est (Proo. 11): Ubi humilitas, ibi sapientia est.* Fulgentes coelo stellis diurno tempore nemo videt, non quod illae fulgore tunc careant, sed quoniam humanus aspectus nimia solis luce praepeditur; illas tamen optime cerni posse, etiam dum medium sol iter peragat, astrologi tradunt, si quis in altum puteum descendat, quo fulgor solis non penetrat, ac influentis acies non distrahat. Micantes stellae sunt, et valde lucida sidera divina mysteria, et catholicae fidei axiomata, quae mentem hominis illuminantia, non tamen ad rationis humanae radios inspicienda, vel examinanda sunt: nam illorum curiosa speculatio sine humili ad fidei nutum obedientia, mentem hominis caligine potius, quam luce perfundit. Quare ut huc occurramus incommo, non in arduo humanae sapientiae vertice, sed in humili convalle Mambre cum Abraham considerare oportet, animi demissionem amplectentes, ut ad ea, quae supra nos sunt, provehamur. Hanc ob causam multi haereticis humilitate carentes, ac nimio proprio fidentes ingenio, quo alius evolare conati sunt, eo miserabilibus, et profundius corruerunt. Secunda circumstantia visionis est sessio: *Apparuit ei Dominus sedenti,* ut indicaretur, ad cognoscendam Trinitatis imaginem necessariam esse mentis tranquillitatem, et omnium motuum, ac perturbationum securam quietem, qua deficiente, a divinarum cognitione rerum mens nostra repellitur: nam sicut aqua dum quiescit, et lucida est, rerum imagines referre solet, contra vero si fluctet, aut agitetur, nihil apparet; ita quoque noster animus, dum humanis aestuat affectionibus, nihil videt honestum, nihil cernit divinum; si autem bonae conscientiae pacis fruiatur, non difficulter Dei agnoscat imaginem. Unde iure inquit David (*Psal. 54*): *Conturbatum est cor meum in me, et lumen oculorum meorum non est meum: nam animi conturbationem caligo, pacem et quietem lux clara consequitur.* Tertia circumstantia est, quod Abraham in tabernaculo ostio sedebat: qui autem in ostio sedet, nec omnino extra portam, nec prorsus intra illam est; tabernaculum vero animae est corpus, iuxta illud Petri Apostoli (*epist. 2. c. 1*): *Corpus sum, quod velox est depositio tabernaculi mei,* intra quod anima dum moratur, sensibus quasi vinculis capta tenetur, cogitatione tamen, et affectibus foras erumpere, et neglecta terrestri conversatione coelestem quaerere debet, cum Paulo dicente (*ad Philip. 1*): *Conversatio nostra in caelis est: nam quo magis externis se abstraxerit, tanto clarior mentis cognoscet, et divina mysteria acutius penetrabit.* Ideo namque dum Abraham non terram, sed coelum intuebatur, tres viri ei apparuerunt: ita enim legitur, cum elevasset o-

culos in coelum etc. Volat quidem in sublime milvus, oculos tamen semper in terram detorqueat, ut praedam quam inde cupit eripiat; sed herodius, vel ardeola, et accipiter in aeris regione cibum captant, et illic semper oculo- rum aciem intendunt. Naturam milvi, ac mores non pauci, qui sibi videntur sapientes, imitantur, sublimia pelunt, alla sapiunt, ac nabes coeli transcendunt, divina speculando mysteria, sed insatiabili humanarum rerum cupiditate hiantes, terram respiciunt, ut inde praedam aliquid, videlicet amplius insulae census, vel opulentiam aliam dignitatem arripiant: de quibus iure dici potest, quod olim Daniel sapientibus illis, qui civitatem gubernabant, scripsit (*c. 13*): *Evertentur sensum suum, et declinaverunt oculos suos, ut non viderent coelum.* At vere sapientes, ac Dei spiritui obtemperantes non ad terram sui desiderii oculos deflectunt, sed in coelum erigunt, ubi dignam hominis animo praedam esse norunt, illamque die, ac nocte meditantur, et expectant. Hanc ob rem non raro contingit, ut huiusmodi homines minima literarum cognitione pollentes, multo melius, atque facilius, quam qui plurima sapientiae laude praestant, divina mysteria consequantur. Quarta, et ultima circumstantia est temporis, quo Abraham tres illos viros sibi apparuisse commemorat, in ipso nempe fervore diei: unde patet, quo ferventior amor erga Deum exlilerit, eo praestantior mysteriorum Dei futuram esse practicam cognitionem. Hanc enim plus iuvat charitatis ardor, quam ingenii acumen, et multorum annorum studio literarum labor impensus, si victorum impediatur affectibus. Nam quemadmodum ovum, si ab eo vitellum, et albuginem extraxerit, ut scribit Albertus Magnus, coelique rore plenum slantis lanceae pedi apposeris, cum primum solis ardentibus radiis calefieri coeperit, sursum per lanceam ascendere dicitur: sic divinarum mysteriorum si cupias assequi intelligentiam, et extrahenda est omnis ab animo impuritas, et fugiendum carnis consortium: corpus enim pondus est gravissimum, quo mens nostra deprimitur, sicut scriptum est (*Sap. 9*): *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam;* propterea non cherubin, qui scientia insigniores sunt, sed ardentis amore seraphin visos a se Isaias (*cap. 6*) scribit, clamantes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* ut inde intelligeremus, maioris esse momenti charitatis ardorem, quam multiplicem rerum eruditionem ad naturae divinae cognitionem comparandam.

Sed quoniam iam quo mentis affectu, quibusque moribus esse debeat, qui ad tanti mysterii speculationem accedit, explicimus, nunc Trinitatis inceptam tractationem proseguentes, quid de illa Hebraei senserunt, referamus. Nomen Dei ineffabile, id est, *Iehova*, sic ab eis describebatur, ut pro ipsam nominis notam Dei unitas, et personarum Trinitas significarent. Nam circulo clausum triplici Iod uno tamen littera Aleph notabatur, quae, Aleph, una existens, Deum unum, triplex Iod, personas tres, circulus autem unum identitatem in natura demonstrabat. Hebraeorum alii

veteres auctores Dei nomen Iehova triplici Iod expressum, ut dixi, triangulo includebant, quo idem mysterium declaratur. Burgensis viri Hebraicae linguae peritissimus (*in suo scrutinio*) affirmat, saepe in Hebraeorum Bibliis Deum vocari *Helom*, quod significat Deos, sive Iudices, ut inde non unam in Deo, sed plures esse personas significaretur: quarum numerum Moyses exposuit Israelitis, dicens (*Deut. 6*): *Audi Israel, Deus, Deus noster, Deus unus est: ubi ter Deum nominat pro numero personarum explicando; et unum esse ait, ut naturae divinae agnoscamus unitatem.* Abraham etiam tres viros, ut superius diximus, accipientis hospitio, idem insinuat pane ipso, quem a Sara uxore fieri mandavit, inquit (*Gen. 18*): *Tria sala similia commisce;* quod ut clarior pateret, tres parando, et exhibendo prandio inservierunt, Sara scilicet, Abraham, et puer, sive famulus: nam Sara panem paravit, Abraham ad arma currit, et tulit idem vitulum tenerimum, dedique puer, qui et festinavit, et coxit illum, ut ibidem narratur. Ciborum etiam illis appositorum tria genera fuerunt, illic enim sic scribitur: *Tuli quoque butyrum, lac, et vitulum, quem coxerat, et posui coram eis.* Ioannes in Apocalypsi a se visa quatuor animalia narravit requiem non habentia, et die, ac nocte dicentia (*Apoc. 4*): *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens,* ubi ter repetita vox *Sanctus* numerum personarum, et quod sequitur singulariter, *Dominus Deus,* naturam tribus communem ostendit. Quod vero addit Ioannes, ab eis animalibus dari gloriam, et honorem, et benedictionem sedenti super thronum, mirabilem profecto, et infanitam erga hominum genus monstrat conditoris benignitatem: non enim designatur homines, qui veluti pecora ventri obedientes, et sensibus inservientes vixerunt, si tamen respiciant, choris interesse coelestibus. Consonat Ioannis visioni, et canticum Isaias (*c. 8*) dicens, visum a se Deum in throno maiestatis pleno sedentem, cuius caput, ac pedes alis cherubin velabant, clamantes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum.* In cuius loci expositione Cyrillus censuit, aliorum spirituum Dei caput, et pedes idem allegi, quod Trinitatis mysterium ab eis adoratum, cum ab humana sapientia comprehendi non valeat, capite, ac pedibus carere mortalibus videatur. Humanae quippe rationis ista est vox: Quomodo unus, si tres personae? aut quomodo tres, si unus est Deus? Hanc humanae mentis ignorantiam, et mysterii profunditatem, quae sola fide vadari potest, ab angelo ductus ad redundantes aquas, quae a latere domus Dei fluebant, Ezechiel declaravit his verbis (*c. 47*): *Cum egredieretur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, mensus est mille cubitos, et traduxit me per aquam usque ad talos. Rursusque mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad genia; et mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad renes; et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquae. Profundi torrentis, qui non potest transcandari. Cognitio quidem, qua Deum esse natura duce cognoscimus, usque ad talos recte dici potest.*

nemo enim tam humilis, et abiectae mentis est, qui Deum esse non assequatur; notitia vero, qua non tantum Deum esse intelligimus, sed unum Deum omnipotentem, et sempiternum, usque ad genua, et renes ascendit: illic enim, et non ulterius mortalium quantumvis magna sapientia pervenire tantummodo potest. Sed Trinitatis in Deo uno cognitio non valet sine fide pertransire torrentem difficultatum, quoniam aquae profunditate mysteriorum exundantes adeo intumescunt, ut humanus non queat intellectus emergere, nisi Petri naviculam ascendens prospero fidei flamine ductus, ad portum veritatis appellat; ad quem nos ducere dignetur unigenitus Dei Filius, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Describitur, et explicatur fabrica templi, quod vidit Ezechiel, unde Trinitatis mysterium, et Christi verba declarantur: Doceat omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare quaecunque mandavi vobis, et ecce vobiscum sum usque ad consummationem saeculi, (Matth. ult.).

Qui sublimia mysteria, quae his Christi verbis clauduntur, attente perpendit, mirabilem in eis Ecclesiae universae typum breviter descriptum contineri reperiet, ubi summus humanae salutis architectus Christus, tria nobis tanquam suae religionis praecipua fundamenta proponit, fidem, opera, et sacramenta, quibus Ecclesiae militantis aedificium nititur, et exurgit. Quoniam tamen haec verba, quae ab Evangelista scripta sub compendio sunt, multiplici scilicet doctrina, qua legem Evangelicam profitentibus via paratur ad salutem, operae pretium erit illa copiosius, et clarior ex antiquorum Patrum, et doctorum sententis aperire. Id vero egregie praestabit templi, quod vidit Ezechiel, mystica declaratio, quae non facilius percipi queat, templum ipsum breviter describamus. Divisum illud erat in partes tres, quarum prima, etsi apud eundem prophetam nomine careat, a sacris tamen interpretibus loci vulgi nuncupatur, quoniam mundis pariter, et imparis patebat. Secundus locus ab Ezechiele dicitur atrium exterius, sive sanctuarium, quoniam his, qui de populo Dei sanctificabantur, erat assignatus. Tertius locus, atrium nempe interius, sacrificiis offerendis erat attributus, quem ingredi, nisi altaris minister esset, nemo poterat. Quae tria sic erant disposita, ut primo conduceretur secundum, et secundo tertium clauderetur; unde tertium aduentibus, necessarius per primum, atque secundum erat transitus. Singulis atrii portae tres, quarum una Orientem, altera Meridiem, tertia Septentrionem respiciebat. Portae, quibus locis vulgi clauderetur, portum care-

bant, et atrio, quia locus hic nihil aliud erat, quam pomoerium, et spatium inter murum, et templum; reliquorum portae habebant porticus, et ab earum singulis transiit decem cubitorum latitudine, et centum longitudine patebat, ibique Gazophylacia disposita, quae sacerdotum erant officinae, et templi thesauros continebant. Accessus a primo atrio ad secundum gradibus septem, et a secundo ad tertium gradibus octo fiebat: infra porticus ipsas thalami erant tres ad latera ex ordine, in quibus sedebant advenientes, singulisque thalamis fenestra una, qua lux ingrederetur. Addit tandem propheta, *Erat porticus adiacens porticus triplici*, id est, erat porticus, quae tres habebat porticus. Nec mirari quisquam debet, si tanti operis, et amplitudinis atria illa essent, nam praei pro gerendis negotiis illuc confluebant, et nostra aetate nonnulli in locis haberi hominum conventus ante templorum limina consueverunt. Vitruvius praeterea scribit, qui philosophiae studeret, solitas fuisse deservire, ob idque a voce graeca *Stoa*, id est porticus, quidam philosophi nomen Stoicorum acceperunt, quoniam in stoa, sive porticus disputabant.

Hic est igitur typus aedificii spiritualis, et catholicae Ecclesiae imago; nunc superest, ut singula quae diximus, paulatim esse vera monstremus. Quod ut facilius percipiatur, considerare in primis oportet, a numero ternario plurimum auctoritatis, et mysterii in hoc Ezechielis aedificium redunare, quod non solum in tres dividatur partes, sed illarum quaelibet tres habet portas, singula atria porticus tres, et ut ait propheta, *erat porticus adiacens porticus triplici, et tres ibi thalami, et fenestrae tres numerabantur*: quae omnia clare indicant, templum illud ternario sic ornatum numero, soli Deo, qui natura esset unus, et personis trinus, esse consecratum. Comperit enim est apud veteres usum fuisse receptum, templa Deorum sic aedificari solita, ut materia ipsa, et fabricae ratio proprietatibus Deorum, et opinionibus, quae de illis eorum cultores conceperant, convenire viderentur. Unde quae sacrabantur Iovi, Marti, et aliis fortitudine praestantibus diis, opere Dorico, quod firmum, et stabile foret, templa construi solebant; quae Dianae, Minervae, Apollini, et diis benignioribus, opere fiebant Ionico, quod pulcherrimum, et illustrius haberetur; quae Cupidini, seu Veneri, opere Corinthio, qua venustus esset ac magis decorum. Ne igitur vestis mystico inanium suorum deorum cultu notis, qui Deum verum colimus, praestare viderentur, templum oportuit tanto fabricae mysterio fieri, ut tribus portis, tribus atriis, fenestris tribus, intervallis, ac thalamis tribus illius Dei, cui sacrabatur naturam, qui trinus personis est demonstraret. Ad quarum personarum significantam aequalitatem sacer textus de thalamis loquens inquit: *Mensura una trium*, quod Athanasius de personis divinis expressius dixit: *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus*; cui etiam consonat Ecclesiae cantus: *Ut in personis proprietates, et in maiestate adoretur*

aequalitas. Nec erat templi atrii, reliquisque Trinitatis significationibus dissimile candelabrum, quod ibi locari Deus praecerat, ut in Exodo scribitur, in cuius confectione, atque ornatu peculiaris fuit ad mysterium Trinitatis significandum habitus respectus, erat enim candelabrum, ut verbis sacrae paginae utar, *de auro mundissimo, tres calami ex parte una, et tres ex altera, et tres scyphi in micis modum per calamos singulos, sphaerulaeque simul, et lilia*.

Sed iam tempus est, ut singulas templi partes mysteriis plenas altissimis declarem, et quae significatio singularum esset, ostendamus. Primum, si templi portam, et introitum inspicimus, catholicae Ecclesiae limen statim agnoscescimus. Nam si, ut ait Ezechiel: *Ecce aquae egrediantur subter limen domus*, nonne protinus nobis occurrit aqua baptismi, qui a theologiae sacramentorum omnium ianua nuncupatur? Et sicut olim Deus ante templi fores aquae fontem, quibus mortale paschitur genus, tegminibus, vel corticibus involvit: pretiosiora auri, et argenti metalla intra terrae viscera condidit, et sic ad ima depressit, ut non sine magno labore illuc valeat avara hominum penetrare cupiditas. Quomodo igitur, cum haec ita se habeant, ad catholicam fidem accedentibus, et christianae religionis prima adhuc elementa nescientibus, mysterium omnium maximum Christus proponi iubet, et recens natum infantem Trinitatis fidem profleri vult impositione salis, quo huius mysterii sapientiam iubetur accipere? Huic difficultati ex verbis Basilii (*contra Eunomiam*), aeternae ex Cyrillo (*in Ioannem*) doctrinae (Ge. c. 1): *Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Quin etiam, quemadmodum in eodem templo aquae a latere dextero fluebant: *Ecce*, inquit (*Ezech. 4*), *aquae redundantes a latere dextero*; sic a Christi dextero latere aqua manavit, quae baptismi propria materia est. Haec ob rem, cum baptismus catholicae Ecclesiae porta sit, iubet in primis, ut humanum genus sui discipuli instituant, atque baptizent (*Matth. 28*): *Ita, doceat omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Sed tanta est huius liminis Ecclesiae a Christo institutae magnitudo, et sublimitas, ut quae in ea se offerunt mirabilia mihi contemplant, protinus illud Iob in meum venerit (*cap. 13*): *Ad omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio*. Rogabo te, inquam, Christe Patris summa sapientia, quaenam huius ordinis tui ratio, quae leve tuae immensae prudentiae praecipuum hoc sit, quo in tuam adoptandam Ecclesiam, et eius limen ingressurus praecipitur, ut tam difficile christianae fidei mysterium fateatur, et protestentur? Nam si monente Philosopho a facillioribus est incipiendum, ut doctrina sit expeditior, quomodo catholicae religionis institutio a difficiliori eius mysterio sumit exordium? Non dubito de potenti divinae tuae gratiae virtute, quae hominis menti quaecunque ardua, et impedita subternere, atque expedire valeat; at certus etiam sum de immenso tuae providentiae ordine, quo dispositi omnia saniviter, naturali rerum ordini le ipsam attemperans, ne illas ab instituta serie detorquens vio-

lenter impelleres. Ratio praeterea suadet, magna sacramenta, et occultiora mysteria non omnibus esse detegenda, sed occultanda potius, ne cunctis nota vilescant: unde Eusebius Caesariensis (*de praepar. Evang. lib. 3*) inquit: *Prisca quidem tam apud Graecos, quam apud barbaros theologia naturalis erat ratio in involuta, occulte doctis veritatem subaperiens*. Tradit etiam Clemens Alexandrinus, Lycurgum, atque Platonem in his legibus, quas sanxerunt, plurima suboscure dixisse, quod illa non communia omnibus esse oporteret, sed principibus, atque regibus reservanda iudicaverint. Quid vero his immoror, cum ipsemet Deus hoc etiam olim in aperiendo suae Trinitatis mysterio facilitaverit? quippe non aliis, quam multa apud eum gratia pollutibus, quales fuerunt Abraham, Moyses, David, et similes, tantum palefecit arcanum. Natura etiam sui artificis quodammodo imitata prudentiam, fere omnia terrae munera, quibus mortale paschitur genus, tegminibus, vel corticibus involvit: pretiosiora auri, et argenti metalla intra terrae viscera condidit, et sic ad ima depressit, ut non sine magno labore illuc valeat avara hominum penetrare cupiditas. Quomodo igitur, cum haec ita se habeant, ad catholicam fidem accedentibus, et christianae religionis prima adhuc elementa nescientibus, mysterium omnium maximum Christus proponi iubet, et recens natum infantem Trinitatis fidem profleri vult impositione salis, quo huius mysterii sapientiam iubetur accipere? Huic difficultati ex verbis Basilii (*contra Eunomiam*), aeternae ex Cyrillo (*in Ioannem*) doctrinae (Ge. c. 1): *Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Quin etiam, quemadmodum in eodem templo aquae a latere dextero fluebant: *Ecce*, inquit (*Ezech. 4*), *aquae redundantes a latere dextero*; sic a Christi dextero latere aqua manavit, quae baptismi propria materia est. Haec ob rem, cum baptismus catholicae Ecclesiae porta sit, iubet in primis, ut humanum genus sui discipuli instituant, atque baptizent (*Matth. 28*): *Ita, doceat omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Sed tanta est huius liminis Ecclesiae a Christo institutae magnitudo, et sublimitas, ut quae in ea se offerunt mirabilia mihi contemplant, protinus illud Iob in meum venerit (*cap. 13*): *Ad omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio*. Rogabo te, inquam, Christe Patris summa sapientia, quaenam huius ordinis tui ratio, quae leve tuae immensae prudentiae praecipuum hoc sit, quo in tuam adoptandam Ecclesiam, et eius limen ingressurus praecipitur, ut tam difficile christianae fidei mysterium fateatur, et protestentur? Nam si monente Philosopho a facillioribus est incipiendum, ut doctrina sit expeditior, quomodo catholicae religionis institutio a difficiliori eius mysterio sumit exordium? Non dubito de potenti divinae tuae gratiae virtute, quae hominis menti quaecunque ardua, et impedita subternere, atque expedire valeat; at certus etiam sum de immenso tuae providentiae ordine, quo dispositi omnia saniviter, naturali rerum ordini le ipsam attemperans, ne illas ab instituta serie detorquens vio-

pliei portem, ad quam multo melius, atque securius Christi fideles possunt accedere, quam ad illam Ezechielis: regenerationis enim sacramentum est, quod Isaias (cap. 4): *Fortitudinem in tribulatione, et umbraculum ab aestu vocat*. Quapropter s. Mater Ecclesia Christi zelans honorem, meritiorum causam omnium bonorum, quae per baptismum conferuntur, eiusdem Domini, ac Servatoris passionem, et mortem existere significatura, trinam meritionem inter baptismi caeremonias esse voluit, non solum ad tres divinitatis personas declarandas, quae satis expressae fuerant per illa verba: *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*; sed ad tres dies significandos, quibus Christus mortuus inquit, et sepultus, ut sanctus Leo Papa Epistola ad Siciliam Episcopos advertit his verbis: *Per trinam meritionem triduanam Christi sepultura significatur*. In eandem viam sententiam Ioannes Damascenus: *Baptismus, inquit, per triplicem meritionem tres dies, quibus Dominus in tumulo conditus fuit, significat*. Huc pertinent Pauli verba (Rom. 6): *Quicumque baptizati sunt in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sunt: concepti enim sumus cum illo per baptismum*. Ex dictis verba Ioannis facile intelliguntur, quibus Christum esse verum Dei Filium ostendit (Ioan. 5): *Hic est qui venit per aquam, et sanguinem, etc.* hic est Dominus, qui sanguine suo baptismi aquae vim, atque virtutem praebuit ad infundendam animis hominum sanctitatem. Addit idem Ioannes in eiusdem rei maiorem expositionem: *Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt; et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, sanguis, et aqua, et hi tres unum sunt*. Tria sunt, quae Christum Dei Filium testantur, Pater in baptismo illum pro Filio agnoscens, cum ait (Matth. 3): *Hic est Filius meus dilectus, et Filius*, qui testimonium sui Patris acceptat, et Spiritus sanctus, qui in eiusdem Filii caput columbae specie delapsus fuit, omnesque in ea de qua testimonium perhibuit Deitate, cum personarum distinctione conveniunt. Quod autem dixit Ioannes (cap. 5), ut paulo ante retulimus: *Tres sunt, qui dant testimonium in terra, spiritus, sanguis, et aqua*, aliter possumus interpretari, ut spiritus de quo loquitur Ioannes, fuerit vox illa seu clamor, quo animam exhalans, Patrique offerens Christus obicit. Nam corporis exercitiamque languentis, et exanguis tanta virtutis vox, de qua Paulus (Hebr. 5): *Et spiravit cum clamore valido, non obscure indicavit, divinam in eo esse virtutem*. Unde Centurio videns, quia sic clamans spirasset, inquit (Marc. 5): *Vere hic homo filius Dei erat*. Duo alia, videlicet: *Sanguis, et aqua*, significant sanguinem, et aquam, quae a Christi latere fluxerunt, ut ait Ioannes (cap. 19): *Exivit sanguis, et aqua, quae tamen tria: Spiritus, aqua, et sanguis, una eademque res sunt, non quidem natura, sed mysterio, et significatione: omnia enim eo tendunt, ut Christum Dei naturalem Filium ostendant: siquidem Patre existente, Filium etiam esse necessarium est*.

Ne famem excellens tanti mysterii lux im-

becilles nostrae mentis oculos repente invadens nimio splendore perstringeret, paulatim, ut ait Eusebius (lib. 2, de praep. Evang.), hominum animos disponere coepit divina Sapientia, aliquot signa praemittens, ut his assueti mortales umbrae supervenientem veritatem libentius atque facilius amplecterentur. Hoc tres illae portae, quibus vulgi locus claudabatur, praenotabant, per quas etiam significabantur viae tres, quibus olim divina clementia diversis hominum generibus sui praebuit significationem. Prima enim via ad hanc sapientiam perveniendi fuit Dei rerum omnium creatoris cognitio naturalis, quam nemo non adeptus est, sive Arabs, Scythia, Massageta, aut quivis alius barbarus existat, dicente David (Psalm. 4): *Signata est super nos lumen vultus tui Domine*. Horum figura erant, qui vulgi atrio continebantur, ingredienti per portam Septentrionis, cuius regionis ea est natura, ut nimio frigore rigeat, quippe illarum gentium mentes sine Spiritus sancti calore in vera Dei cognitione frigeant. Secunda via erat eiusdem Dei notitia, quatenus auctor supernaturalis existit, quam tempore legis naturae viventes homines sunt consecuti, quorum imago fuerunt, qui per Meridiei portam intrabant: eos enim solis radii per se ipsum Deum praebant revelationes. Hi denique, quos Orientis porta in atrium ducit, significabant eos, qui legis scriptae temporibus floruerunt: siquidem nam inter ipsos oritur lux est, ut merito dici possit illud Hester (c. 8): *Nova lux oriri visa est, videlicet Christus, qui de se dixit (Ioan. 8): Ego sum lux mundi*. Nec gentilibus Deus huius mysterii negavit indicia, quibus omnium pectora ad faciliorem eius fidem praepararentur. Hinc ut possent de tam supremo loqui mysterio, lucem intulit veritatis Sibyllis, quae inter, Cumana, et Eritraea, a sancto Antonino numerantur. Porphyrium omnium Philosophorum ab Augustino nobilissimum nuncupatum de Trinitatis mysterio excellenter locutum, idem Ecclesiae Doctor (in lib. de Civit. Dei) affirmavit; qui etiam in suis confessionibus apud Platonicos Evangelii sancti Ioannis exordium, licet alius verbis, se legisse testatur. Manasienius refert Pythagoram dixisse: *Bonitas est adoranda, et aequalitas cum illa, et connexio utriusque*; id est Pater, qui est bonitas, et Filius aequalitas, et Spiritus sanctus utriusque nexus adorandus est. Comperitur etiam omnino est, semper Deo numerum ternarium placuisse, nam ut cecinit Virgilius: *Numerum Deus imparis gaudet, quem ternarium numerum Aristoteles reliquis omnibus esse sacratorem scripsit*. Pierius Valerianus sacramentum hunc numerum Palladii commemorat, quoniam tria illa magni momenti praeccepta tradidit, bene consulere, iuste iudicare, recte agere, ob eamque rem fuisse vocatam Tritoniam, triangulumque inter antiquos symbolum fuisse divinitatis ipse etiam tradidit. Haec eadem fuit causa, cur apud Hebraeos tam familiaris, ac celeberrima hic numerus haberetur, quod his sacrae paginae locis patere potest (Pr. 30): *Tria mihi difficulta sunt, tres propagines, tria canistra: et apud Ecclesiastem (cap. 4): Funiculus*

triplex difficile rumpitur: in Genesi (c. 18): *Tria sata similia commisce*: et apud Matthaum (c. 13): *Quem acceptum mulier abscondit in farinosis satis tribus*. Scimus praeterea iussam a Deo, ut Abraham tria animalia in sacrificio sibi mactaret, et quando illum trium iuvenum forma indutus Deus invisit, tres vidit Abraham, et unum adoravit, ut glossa exposuit. Ter in templum conscendere vixi Deo iubente debebant, ut tres in Deo personae declararentur, quamvis id non ab omnibus, sicut nec reliqua, quae praemisimus, perciperentur. Sed prae ceteris Aggaeus propheta (cap. 2) manifeste de hoc mysterio locutus est: *Ego vobis sum, dixit Dominus: Verbum quod pepigi vobis, cum egrederemini de terra Aegypti, et spiritus meus erit in medio vestrum*: quae Verbi aeterni promissio in Deuteronomio (cap. 28) facta fuerat: *Prophetam suscitabo eis de medio Patrum suorum similem tui, ubi Pater aeternus Filium suum carne indutum mortali se daturum hominibus pollicitus fuerat*. David pluribus in locis eiusdem mysterii magna praebuit testimonia, sed quae Psalmo sexto descripsit, singulariter excellunt: *Exaudivit Dominus vocem fletus mei, exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit*: ubi ter Dominum nominat, ut personarum ostendat numerum; et quoniam una erat essentia communis omnibus, non a tribus dominis, sed ab uno se dicit fuisse exaudiatum, inquit: *Exaudivit Dominus vocem fletus mei*. Haec sunt iter alia multa, quae in sacris Bibliis leguntur testimonia, et figurae, quibus divina providentia tam in lege naturae, quam in lege Moysis, fidem tanti mysterii reddere coeperat faciliorem.

Illud tamen superest advertendum, quod sicut a vulgi atrio per gradus septem ad sanctificatorium atrium conscendebatur; sic in Trinitatis arcano, qui capiet aliquid intelligere, creaturarum universitatem septem illis gradibus significatam, totidem quippe diebus omnia Deus creavit, mentis contemplatione transvolabit. Non igitur Hebraei hic prodigia hic petant, quae illis Deus ad corda illorum domanda, aliis in rebus mittere solebat, nec Graeci sapientiam hic postulent humanam, quam in tam occultis mysterii notitia consulant: altius tollenda est omnibus mens, et relinquendum quidquid creatum est, nam increata et sempiterna divinitatis Trinitas solo fidei ducta, et lumine percipitur: non enim ratione probari, nec exemplo potest aperiri, dicente Dionysio (de divin. nomin. lib. 1): *Nulla Trinitas, nullus numerus, aut unitas, aut foecunditas, aut aliud quippiam operuit arcanum illud divinitatis, quod omnem, et rationem, et intelligentiam superat*. Nam si placet similitudo animae tribus ornatæ potentis, quae frequenter pro Trinitatis explicando mysterio a Patribus usurpatur, considerare oportet quantum excedat, posse naturam unam tripliciter operari, vel in tribus suppositis existentem esse unam, et eandem. At si ad intelligendam aeterni Verbi generationem aptum videtur exemplum, quod a verbo nostrae mentis accipitur, quo sanctus Augustinus, et doctor an-

gelicus Thomas utuntur; maiori dissident intervallo, quam montes revera aurei ab his, quos aureos imaginamur, et iuvani mentis cogitatione confingimus. Unde Plato (de rep. lib. 6, et in epist. ad Herm.) ait: *Circa hominum Regem ipsius gratia omnia, et circa secundum, et circa tertium humanus animus affecit, qualia illa sunt intelligere, et aspiciens in ea, quae sibi cognita sunt, quorum tamen nihil sufficienter se habet*. Si ergo nec exempla, vel similitudines, aut ratio denique ulla tam sublimis tantum potest superare mysterium, nihil reliquum est, nisi ad fidei submittamus intellectum, contenti primis tam divinae doctrinae elementis, quibus, dum baptismate abluimur, Deum naturam unam, et personis Trinum credere, ac profiteri docemur. Haec enim Fides est porta illa, quae sanctificatis patebat, de qua inquit David (Psalm. 117): *Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas confitebor Domino: haec porta Domini, iusti intrabunt per eam*. Fides igitur non solum porta, sed clavis quoque est, qua porta Ecclesiae iustus per eam in atrium sanctitatis ingredientibus aperitur. Ex his quae retulimus, manifestum iam est, quid tria templi atria significarent, quorum primo vulgus, altero sanctificatio, tertio sacerdotes continebantur. Verum de sacerdotum atrio advertendum est, quod sicut olim sacerdotibus tantum illuc pedem inferre concedebatur, ita nunc his, qui theologiae operam non dederunt, nequaquam licet divina tractare mysteria: quoniam solis theologiae abditia divinarum arcanorum penetrare, ac de profundis, et subtilibus Dei rebus disputare fas est. Ideo namque olim solus Moyses, dum populo Deus legem ferret, montis culmen ascendit, et populo ad radices montis expectanti terminum, quem non transgredere, Dei iussu praescriptis. Quae etiam de causa Arcam testamenti, Jordanem traiecuram, quae figura Trinitatis fuit, voluit Deus a solis portari sacerdotibus, gestantibus manu baculos, quibus iter agentes fulcirentur; quo praeccepto Deus patefecit huius mysterii tractationem, et interpretationem ad solos pertinere sacerdotes, et theologos; quos tamen fidei baculo niti, ac roborari oportet, ne sub lato veritatis fundamento corruerent. Nam sicut merito diceretur stultus, et amens rivum transiiturus, si prius, quam scipione, sive baculo expertus sit vadum, pedem moveret; ita certe multo imprudencior, et stultior est ille censendus Theologus, ac divinarum rerum interpres, qui mysterium hoc declaratur, humanae mentis fragili arundini potius, quam firmo catholice Fidei, et infraeso sustentaculo niti, ac fulciri procuraverit.

Veruntamen ne aliqua ex praecipuis templi partibus reliquatur intacta, superest, quae superius atria retulimus, non aliter explicare. Nam si, ut docet Vitruvius (lib. 5, c. 11), disputantibus Philosophorum veridicus solebat, et ab Stoa graeca voce, id est, portico, Stoici philosophi nonnisi accepterunt, non incongruum erit, si per porticum, et tria templi atria significari dicamus tres Christianae philosophiae partes, in quas Ambrosius, et Hieronymus sacrae Scripturae doctrinam de-

vidi censuerunt, in rationalem nempe, naturalem, et moralem: quemadmodum etiam et prisci philosophi suam philosophiam partiti sunt. His enim rationis, naturae, et morum documentis sic Trinitatis mysterium abundat, ut non solum, quae rationi sunt conformia, sed quae illam transcendunt, doceatur mens humana cognoscere. Unde non legitime in hoc mysterio argumentabimur a Dei unitate ad unitatem personarum, nec a Trinitate eandem personarum ad Trinitatem sempiternae naturae, quae una et simplex est, nec ab identitate eiusdem ad personarum identitatem inter se, iuxta illud vulgatum axioma: Quae sunt eadem uno tertio, sunt eadem inter se. Sed multo maiorem nobis iniciet admirationem, si in hoc Trinitatis mysterio iuxta naturalis philosophiae leges ratiocinari velimus: longe enim aliter hic se res habet, ubi natura stupeante universa, sine matre Filium eiusdem cum Patre substantiae, atque illi coaeternum, et Spiritum sanctum divinitatis eiusdem consortem profitemur, qui non genitus, sed, ut more Theologorum loquar, spiratus dicitur, hoc est per actum voluntatis ab utroque procedens. Philosophia denique moralis in Trinitatis mysterio tam sublimis est, ut nullo modo cum ea valeat, quae ab insignioribus philosophiae magistris, et auctoribus tradita fuit, comparari. Illa enim naturae unitas, quae inter divinas personas est, optime nobis declarat animorum unitatem, et concordiam, quae debet esse inter homines, (Joan. 18): *Rogo te Pater, ut sint unum, sicut et nos unum sumus.* Et sicut personarum divinarum unitas non est alienius in Deo quam confusio, sed quaelibet illarum locum suum iuxta ordinem originis retinet, illa charitatis unio, et voluntatum inter homines vera coniunctio non afferet confusioem, vel ordinis perturbatioem, pari ab omnibus expetita dignitate, sed moderate se unusquisque intra meritum propriis limites continebit. Quod cardinalis Toletus (sup. Joan.), Christi verba declarans: *Rogo te Pater, ut sint unum, sicut et nos unum sumus*, his verbis sapienter explicuit: *Quemadmodum unitas Trinitatis non confundit ordinem, sed unus est Pater, alius est Filius, alius Spiritus sanctus; Filius a Patre, Spiritus sanctus ab utroque, Pater a neutro procedit, ita haec unio charitatis non confundit ordinem fratrum.*

Ut tamen huic officio, aliisque christiano homini necessariis operibus satisficiamus, transire debemus per illud spatium, seu intervallum, quod inter unum, et alterum atrium decem cubitorum latitudinis, et centum longitudinis profundebatur, hoc est per decem praeceptorum, quae Decalogus continet, observantiam, quam Christus centuplum accepturam esse promisit. Hoc est enim, quod suos Apostolos Trinitatis mysterium praedicaturos militens Dominus facere iubet, dicens (Matth. 28): *Docentes eos servare quaecumque mandavi vobis: non enim solum credere, sed etiam facere, non fide solum, sed virtute, ac rebus operibus institui, qui sibi adhaerent, Christus voluit: quia Fides, ut postea dixit Iacobus (c. 2), sine operibus mortua est.* Huius ergo nostri Serva-

toris implendo praecepto, cum eius esset societas, et praesentia mirum in modum proficua, consequenter ait (Mat. 18): *Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*, quod ille sanctae praestat Ecclesiae, non minus in Sacramento, quam in coelo se praesentem exhibens instituto sacerdotio, quo panis, et vinum in eius corpus, et sanguinem convertitur, unicum nostri itineris viaticum, ac spiritualis vitae alimentum, quo sustentati Evangelicae legi observantiam exhibebimus, et gloriam nobis ab illo promissam expectamus. Sed ut iacu dicendi finem faciam, sicut per atria templi disposita erant gazophylacia, in quibus templi thesauri custodiebantur; ita Christus in Ecclesia sua septem sacramenta constituit, ubi multo maiores, ac pretiosiores opes, immensa videlicet Christi merita, et infinitus pro nobis effusi sanguinis thesaurus adservantur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

Nonnullis veteris Testamenti copiose, ac docte figuris enodatis, Christi verba: Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, iterum elucidantur, ac potissimum Dei unitas, et personarum in eo Trinitas aperitur.

Vas aeneum aqua plenum, quod ab amplitudine, et aquae copia *mare fasile* vocavit Historia, prae templi foribus positum fuisse legitimus in Paralipomenis (lib. 2. c. 3. 4. 5. 6), hocus duodecim impositum, ex quibus tres Septentrionem, tres Occidentem, tres Meridiem, et reliqui solis ortum intuebantur. Intra templum candelabrum erat plurima luce conspicuum, et ad Sancta Sanctorum magnum velum expansum, quo licet arca contegerentur, aliquantulum tamen apparebant; at in sanctuario arca vestibus aureis ornata servabatur, ubi tria illa pretiosissima manera, Moysis virga, legis tabulae, et manna, quod coelestis lapsus fuerat, custodiebantur. Haec veteris testamenti figura praesentis homiliae fundamentum erit, nostrique sermone fons: unde, quae de mysterio sanctissimae Trinitatis dicturi sumus, quo purius valebimus, haurientur. Quid ergo singula praeseferant, breviter detegamus. Amplum illud aquae vas, seu mare, quod ante fores templi erat, nonne egregia est imago baptismatis, quod ad militantis Ecclesiae catholicae limen eius conditor Christus positum esse voluit? Ideo namque Theologi baptismum reliquorum sacramentorum ianuam appellant. Et sanctus Evangelista in ipso ingressu, ac principio Evangelii, quod hodie cantat Ecclesia, Christi verba proponit, dicens: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Quibus verbis non solum innuitur, Ecclesiae ianuam esse baptismum, verum etiam universi spiritualis aedificii, quod sui

sanguinis impendio Christus extraxit unicum fundamentum. Ignotum nemini esse arbitror, urbem Venetiam in aquis aedificatam: unde cum fundamentorum apertio, et erectio magno sumptu, et laboris sit, ipsa Venetorum respública volentibus domum extrahere solebat illi suis impensis ponere fundamenta; at reliquam aedificii molem, qui fabricae dominus erat, debebat erigere. Non secus in spirituali Ecclesiae catholicae aedificio, quod baptismi aquis fundatum est, videtur contingere, ubi Deus sumptum praebet ad regenerationem florum Dei, virtutem sanctificationis impendens baptismatis aqua: illa enim cum sanguine ab eius sacratissimo latere in cruce pendens effluit. At postquam aedificatus fuerit super firmam petram, erectus fundamento baptismatis, opus est, ut superaedifices non solum Christi, sed tuo etiam sumptu, cooperans exercitatione virtutum, ut coeplum ab eo aedificium, tribus illis minutum et ornatum virtutibus, fide, spe, et caritate consurgat. Huius enim aedificii, ut docet Augustinus, fundamentum est fides, et pietatis spes, lectum vero, et aureum lacunarum caritas; ac si diceret, accedentem ad Deum, otiosum esse non oportet, sed credentem, et sperantem, et in opus a Deo inceptum diligenter incumbere.

Boves, quibus nitebatur mare fasile, in omnes orbis terrarum partes respicientes, nobis innunt duodecim Apostolos, qui nullis laboribus fracti, Dominicae vineae boves indefessi ad omnes regiones baptismi sacramentum, ubi Patris, Filii, et Spiritus sancti fides proponitur, deportantes, omnibus provinciis, quas singuli, ante quam ad Evangelici verbi promulgationem egredere, per Spiritum sanctum acceperant, Trinitatis arcanum, et omnia nostrae fidei mysteria praedicarant.

Candelabrum undique collucens, fidei, quam profitemur, figura fuit: nam, ut inquit Eusebius Emisenus (in symbol.): *Fides est religionis catholicae lumen.* Est et columna illa ignea Israelitis in deserto praelucens, quae Christi fidelibus praevia, ab omni liberali errore credentes, et in terram promissionis bonis operibus sociata perducit. Est in obscuris humarum ignorantiae tenebris per medias huius maris, et saeculi praesentis undas tuta gubernatrix, et praecursans in Ecclesiae navicula pharus, viam navigationis nescientibus indicans, et felici honorum operum remigio in portum aeternae salutis inducens. Est tandem fides Ecclesiae Romanae vexillum, non illi, quo in praeculis Romani Imperatores ulebantur absimile, quoniam ut hi duas pro militari signo aquilas usurpabant, quarum visus adeo perpicax, et constans est, ut uno oculorum ictu ardentis solis radians prospectent; sic fides tantae perspicacitatis est, ut in ipsam Dei naturam oculos figens immobiles, Patris innasibilitatem, generationem Filii, et Spiritus sancti processionem, essentiae unitatem, et Trinitatem personarum, et divinarum hypostasem consubstantialitatem, non utique connivens, non carligans, non denique ullo modo haesitans credat, suspiciat, admiretur. Huius lucis absentia, et fidei defectus gentiles variis, ac plurimis

erroribus circa Dei cognitionem involvit, adeo stulte, ac late, ut omnes fere nationes, deos quos adorabant, sibi similes, et humanis laborantibus affectibus effinxerint: quod Clemens Alexandrinus (lib. 7. Stromat.) a Xenophonte desumptum retulit. Nam ab Aethiopiis nigri, et depresso naso, a Thracibus rufi, ac rubicundi, ab Arabibus immanes, ac vultu feroces colebantur. Sed maiori me afficit admiratione, quod non solum ignari, rudes, ac barbari, sed ipsi quoque philosophi, qui humanae sapientiae succus, et gloria fuerunt, in alium priori non dissimilem errorem lapsi, cum hominem ad imaginem Dei credere debuissent, Deum ad similitudinem, et imaginem hominis putaverunt: unde pro varietate vitulorum humanum varios quoque deos concipiebant, et formabant: nam imperium, et potestatem Regum animadverentes, Iovem potentiae Deum esse voluerunt, et considerantes militem, Ducumque fortitudinem, Martem fortitudinis nomen colerunt; eloquentiam vero, et doctrinam sapientium hominum admirati, Mercurium, et Minervam utriusque rei auctores adorant. Ex hoc ignorantiae, ac stultitiae principio alii orti errores fuerunt: nam cum vellet per creaturas corrigere Creatorem, exempli vitia Archeylo adscribebant, ac propterea quoniam hominum potestatem comitatur violentia, Iovem opinati sunt raporem; et quia militare robur consequitur insolentia, Martem crediderant insolentem; ac denique quod sapientia parere soleat arrogantiam, Mercurio illam attribuerunt. Gravis profecto haec erat in Deum iniuria: unde ille per Isaiam de hac hominum stultitia his verbis queritur (cap. 6): *Cui assimilastis me, et adaequastis, et comparastis me, et fecistis similes? Ubi Propheta secundum litterae sensum verba facit adversus idololatrias, qui rerum omnium auctorem lauta iniuria cummulaverunt, ut hominibus parem, aut similem putantes, humanis eum affectibus induerint. Quare ne talis committatur impietas, respiciat in templo militantis Ecclesiae candelabrum, in quo perpetua fidei lux in media tantorum errorum caligine praefulget.*

At quoniam fidei lux non evidenter divina mysteria revelat, in eius rei signum, ante Sancta Sanctorum velum extenditur; unde vero dictum a Dionysio (de div. nom.): *Impossibile est radium divinum nobis illucere, nisi in vititate sacrorum voluminum circumvelatorum.* Egrege quoque hoc declaravit, quod Sponsus dixit Sponsae (Cant. 6): *Averte oculos tuos a me, quod ita ab aliis vertitur ex Hebraeo: Averte oculos tuos a me, ne me recte intueantur.* Quasi diceret, Ecclesia mea, quae mihi sponsa es dilectissima, deflecte a me curiositatis oculos: nolo enim dum in via es, me rectis oculis aspicias, sed obliquo lumine, ac sublestri luce, non facie ad faciem, quod patriae proprium est (Cant. 2): *Sed prospiciens per fenestras, prospiciens per cancellos: non enim patentibus foribus, sed per ostii rimas in aenigmata, et speculo fidei, dum in terris degis, videre me potes.* Huius rei imago fuit quod legitur (Numer. 14), Deo sic praecipiente sacerdotibus: *Nulla curiositate*